

C O N C I L I I C O N S T A N T I E N S I S

fiasticarum, & in clavium contemptum. Idcirco propter præmissa & alia plura, præ D
fatum Ioannem Husz hæreticum fuisse & esse hac sancta synodus pronuntiat, &
tanquam hæreticum iudicandum & condemnandum fore iudicat, & cōdemnat per
prælentes dictamq; appellationē, tanquam injuriosam & scandalosam & illusoriam
iurisdictio[n]is ecclesiasticae reprobando, ipsumq; Ioannem Husz populum Christia[n]um,
maxime in regno Bohemiae, in prædicationibus suis publicis & scripturis per
eum compilatis, seduxisse, ac eiusdem populū Christiani non ueracem prædicato[r]em
rem euangelij Christi secundum expositionem sanctorum doctorum, sed fuisse uerit
us seductorem uerum, quia per ea quæ hac sacra[s] synodus uidit & audiu[er]it, co
gnouit eundem Ioannem Husz pertinacem & incorrigibilem, & adeo talem, q; non
cupiebat ad gremium sanctæ matris ecclesiae redire, neque hæreses & errores per
eum publice defensatos & prædictatos, uelle abiurare. Idcirco hoc sacrum concilium
Constantiense eundem Ioannem Husz ab ordine sacerdotali & alijs ordinibus qui
bus existit insiguitus, deponendum & degradandum fore declarat, & decernit, com
mittens nihilominus reverendis in Christo patribus archiepiscopo Mediolanensi,
Feltensi, Astensi, Alexadrino, Bagarensi & Vaurense episcopis, ut in præsentia huic
us sacra[s] synodi dictam degradationem, secundum quod ordo iuriis requirit, E
debitè exequantur. Hæc sancta synodus Constantiensis Ioannem Husz, attento
quod ecclesia de non habeat ultra quid agere ualeat, iudicio seculari relinquare, &
ipsum curia seculari relinquendum fore decernit.

A R T I C V L I D A M N A T I I O A N N I S H V S Z ,
D E Q V I B V S S V P R A F I T M E N T I O .

- I. Vnica est sancta uniuersalis ecclesia, quæ est prædestinorum uniuersitas. & In
fra sequitur: Vnuersalis sancta ecclesia tantum est una, sicut tantu[m] est numerus unus
omnium prædestinorum.
- II. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus ec
clesiae malignitatem confimiles.
- III. Prædicti non sunt partes ecclesiae, cum nulla pars eius ab ea finaliter exciderit, eo q;
prædestinationis charitas qua ipsam ligat, non excidit.
- IV. Due naturæ diuinitas & humanitas, sunt unus Christus.
- V. Præscitus & si aliquando sit in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen nun
quam est pars sanctæ ecclesiae: & prædestinatus semper manet membrum ecclesiae,
licet aliquando excidat à gratia aduentitia, sed non à gratia prædestinationis.
- VI. Sumendo ecclesiam pro conuocatione prædestinato[r]e, siue sint in gratia, siue non
secundum præsentem iustitiam, isto modo ecclesia est articulus fidei,
- VII. Petrus non fuit, nec est caput ecclesiae sanctæ catholicae.
- VIII. Sacerdotes quomodo liber criminis uiuentes, sacerdotij polluunt potestatem, &
sic ut filii infideles sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiae, de clauib[us],
officiis, censuris, moribus, ceremonijs & sacris rebus ecclesiae, ueneratione reliquia
rum, indulgentijs, & ordinibus.
- IX. Papalis dignitas à Cæsare inoleuit, & papæ præfectio & institutio à Cæsaris po
tentia emanauit.
- X. Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se uel de alio, quod esset caput
particularis sanctæ ecclesiae, nec Romanus pontifex est caput Romanae ecclesiae.
- XI. Non oportet credere, quod iste quicunque est particularis Romanus pontifex,
sit caput cuiuscunq[ue] particularis ecclesiae sanctæ, nisi deus eum prædestinauerit.
- XII. Nemo gerit uicem CHRISTI uel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum
nulla